

Et D. Bernhardus, Non inquiens sumus nos
Apostolo sanctiores, qui tamen verebatur,
ne forte cum aliis prædicasset, ipse repro-
bus efficeretur: Sed id tamdiu nobis ti-
mendum est, donec laqueus (*corruptio ori-
ginalis*) contritus sit, donec corpus istud
anima deposuerit. Serm. 3. in Psal. 91.

17. Compobant idem tristissima illa horren-
dorum & abominandorum lapsuum exempla
in ijs quos verè renatos fuisse, negari non potest:
quorum quidam per pœnitentiam ad gratiam
redierunt: quidam vero aeternæ salutis fecerunt
jacturam.

18. Prioris generis exempla videre est in Da-
vide & Petro, quorum ille homicidium simul
& adulterium commiserat, hic vero ter abne-
gando Christum gravissimè prolapsus fuerat.

19. Neque enim, id quod Sacramentarij facti-
tant, tristissimi hi lapsus ita verbis sunt exte-
nuandi, ut non tota eos voluntate, sed secun-
dum exteriorem tantummodo hominem peccasse,
& fidei quidem sensum ac usum, non vero ipsam
Fidem, ut que instar ignis cineribus tecti latue-
rit, amississe existimemus. Beza Coll. Monpt.
f. 464. & Resp. 2. ad acta Coll. Monpt.
f. 73.

20. Præterquam enim quod male feriati isti
homines non probant quod dicunt: mendacij et-
iam aperte argunt ipsum Apostolum, qui o-
minem